

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sermo Ad Iuvenes , @Qvi sacris ordinibus iniciari, &
examine se submittere petunt**

Wimpfeling, Jakob

Argentorati, 1514

VD16 S 6012

Sermo Exhortatorius cancellarij eboracensis, his qui ad sacros ordines
petunt promoueri

[urn:nbn:de:bsz:31-290147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290147)

SERMO EXHORTATORIUS

Cancellarij Eboracensis, his qui ad sacros ordines petunt promoueri.



Via ad sacrosanctam matrem metropolitanam ecclesiam Eboracensem, seu certe ad eximiam auctoritatem, & iurisdictionem domini archiepiscopi Eboracensis, secundum singulorum annorum quatuor tempora pro sacris ordinibus suscipiendis, conflueret semper maxima iuuentum multitudo, haud abs re, nec prorsus inutile visum est tantum, & tali indoli iuuentutis, compendiosum scripto edere sermonem exhortatorium, non tam pro rei dignitate disertum, quam potius temporis nostri moribus, & consuetudini accommodatum. Quo sermone nostro singulus quisque examinandus admoneatur, apud semetipsum rite cogitare, & cum omni mentis diligentia considerare, quis & quantum, quam sanctus, & quam sublimis extat ordo sacri sacerdotij, priusquam ipse rudis, incultus, & inabilis propropere festinet tantis, & tam mysticis, ac mirabilibus sacramentis iniciari. Nam si (ut primo regum, vi. capitulo refert) Bethsamites, eo quod vidissent arcam domini dei Israel, licet holocausta offerentes, & immolantes victimas, tamen percussi fuerant plaga magna in septuaginta viris, & quinquaginta milibus plebis, quae Arca tantummodo figuram gerebat veritatis, Et si propter eandem Arcam Oza percussus interiit, quod eam nutantem ad ruinam praesumpisset eleuato brachio sustentare, ut. ij. regum sexto scriptum est, Quis non cum ingenti pauore, cum summa reuerentia, & sancto timore accedet ad ipsius veritatis altare sacratissimum; ubi manibus mortaliu tangit, & tractatur (sub speciebus licet panis, & vini) verum corpus, veri & immortalis dei domini nostri Iesu Christi. Ad hanc namque sublimem assistentiam, ordinatio omnes etiam mis

Veteris
ammi

nones preparant, qui vero sacris funguntur ordinibus, propius accedunt altari, & familiarius. denique qui ipso insigniti sunt sacerdotio, verbis & ore pro ministerio conficiunt, manibus quoque tangunt, & attrahunt, tam mirabile, & tam ineffabile fidei catholice principale sacramentum.

Ordinandus in sacerdotem quid cogitet.

Ordinandus igitur iamquam quisque in sacerdotem, alta mentis contemplatione humiliter, & deuotissime potest secum meditari, semetipsum inter ordinandum, quasi unum adesse ex duodecim circumstantibus Christum in coena gloriosa, quos duodecim apostolos, tunc Christus ipse dignatus est, in sacerdotes adoptare, cum dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Huius ergo ordinis dignitas, longe superat veteris olim legis vetustum Aaron sacerdotium, huius ordinis sublimitas celsior est angelis, facultas praestantior caelorum virtutibus. Etenim ordo iste is est, quem deus dei unigenitus in terris per seipsum in ara crucis administravit, & iam caelo regnans, apud patrem exercere pro nobis non desinit. Et quem exercendum in terris ipsis apostolis, & eorum successoribus sacerdotibus in finem saeculi dereliquit. Quare agite o preclari iuvenes in presbyteros. id est senes, hoc est in sacrum istud sacerdotium collegium adoptandi, maturo vobis scilicet, deliberato & diffinito iudicio rem tam arduam, tam sanctam pro eius superexcelsa dignitate, pro onere tanto, & tanta grauitate pensate, atque aniaduertite. Et iam non passim (puto) accedatis (vt solet fieri) non insolenter, peccatiter, aut proterue, vt quasi improbo iure vendicetis ab examinatore vestrae admissionem. Eruditissimus enim quispiam, & excellentissimus sanctarum scripturarum, pluribus licet bonis moribus ornatus, atque probatus, & omni vita sua vir grauissimus, atque consummatissimus, haud reputari debet satis idoneus ad tam sacra, & celsa misteria, nisi cum omni re-

*sacerdorm
firmi d
mas*

uerētia. A sancta matre ecclesia offerat ep̄o amplius p̄
bādus, & ab eodē p̄sule nullo iure, sed ex mera pasto
rali gratia, suscipiat consecrādus. Audite ergo & æquo,
atq; grato potius aīo (si potestis) accipite quos, & q̄ mul
tos ex vobis, examinatores isti vestri merito, ac iure pos
sunt, & debent a sacris aut arcere, repellere ve, aut reis
cere ordinibus. **Humilitas insit ordinandis.**

Speciosus primū iuuenis, si fueris nature dotibus vn
dicq; illustratus. Ingenio sc̄elici, atq; acerrimo p̄ditus, li
teris apprime studiosus, atq; p̄uectus. Adde etiā q̄ st̄e
mate fulgeas, atq; illustri p̄sapia. Si tñ ex his aut similis
bus tuo corde, aut sp̄ritu intumescas, si feruidos aut ela
tos spiras anīos, si mēte superbias, si te te ceteris animo
p̄feras, si demū non ad doctrinā, & scolā accesseris es
ius, qui dixit. Discite a me, q̄a mitis sum, & humilis cor
de. non tantū ab his sacris ordinibus arcēdus es, aut res
pellēdus pro tēpore, sed profus & oīno reicēdus, q̄ diu
te tenet tanta, & tā dira vanitatis p̄turbatio. Quare tu
midi oēs, feruidi, iracūdi, impatiētes, verbis cōtumelios
si, aut gestu, vel vultu insolētes & superbi, hic oēs arces
antur, atq; remoueant̄. Non em̄ requiescit sp̄s sanctus
nisi sup̄ humilē, & trementē sermones dei. Si tibi ip̄i for
sitan videare; aut sis reuera his ip̄si instructior, q̄s ante
tuos oculos exanimator admiserit, te vero eodē tēpore
reiecto, caue om̄e verbū insolens, opprobriosum, cōtu
meliosum, aut per comparationē aliorū, & tui odiosum.
Nam cū iudicandus assis graui maiorū iudicio, sed sola
eorū gratia admittēdus, nullā perpeffus es iniuriā si ar
cearis, idcirco nullo modo actus & opera iudicis tui de
bes iudicare, sed cū omni patiētia animam tuā posside.
Sic em̄ citius, & melius, alio demū tēpore (si semp̄ equo
anīo, etiā vsq; septies p̄seueraueris) admittēdus es, & su

mlinas
canlof

121333

121333

sciendus. Hæc de humilitate dicta, & de māsuetā patien-
tia cuilibet ordinādo esse debent, & ad manū prom-
pta, & corde summe familiaria.

Non sunt admittēdi ppter literas cōmendaticias.

Arcendī quoq; sunt omēs, & singuli pro eo saltē tem-
pore ordinationis (licet alias valde habiles appareant)
qui vel nobiliū, vel quorūcūq; literis, vel v̄bo, aut nun-
cio ad ordines cōmendant. Insuper si vlla, vel minima
intercessione clericorū, aut laicorū, aut quorūlibet hoīm
exanimatores pro ordinandis interpellent, aut quoquo-
modo verent, aut fatigent. Interpellatio nāq; talis adeo
pestifera est, vt nisi extinguatur oīo, non liberabit eccle-
sia a multitudine rudiū, & stolidorū clericorū. Præmone-
antur ergo oēs, & singuli ordinandi, q; vel vnicū precis
& cōmendationis verbū examinatori porrectū, saltē eo-
tēpore, impediet eos ab omni ordinis sacri susceptione,
vt potius oēs ordinandi rogent ne quis pro eis verbum
faciat, aut fundat preces. Non em̄ verbis cōmendatitijs
de peritia, vel doctrina familiaribus, beniuolis, vel vllis
precibus agendū est sibi, vbi grauiter ipsius examinato-
ris onerat conscientia. Onerat inq; ne imperitū, & indo-
ctum vllō modo admittat. Non aut̄ adeo onerat, vt oēs
habiles suscipiat, seu admittat, sed ex ea parte est sibi re-
licta liberior cōscientia, si nō irritatione aliqua, nō odio
aut acceptatiōe personæ, aut alia quauis passionis cecē-
tate (quod nō facile contingit) erga ordinandū laboret,
aut teneat. Nam cū de ordinādis scripserat Paulus apo-
stolus Timotheo, Manū cito nemini imposueris. vide vt
nemini dixit, id est generaliter nulli viro, nō tunc addi-
dit, nisi valde idoneis, quasi negligētia reus esset, si non
velociter, faciliter, cito, valde habiles admiserit. verum
etiā in præcipuis illis ordinādis, iusta mora, & cunctatio

B

circūspecta nō inutilis, sed necessaria est, p̄sertim vbi oꝝ
mne manet periculū, ne inhabilis quispiā ecclesia subin
traret, nostris maxime tēporibus, habundāte tāta copia
clericorū. Quare de impitis, & inhabilibus admissis ad
sacros ordines, examinatores grauit̄ rei tenent̄, de p̄g
termisissis vero habilibus facilius liberantur.

Propter repulsam in examine non propterea
non ad examen aliud redeundum.

Quod si literatissimus quispiā, aut aliter spectabilis,
seu quicūq; alius, quia nō iuxta suū desiderium, & ad vo
tum iam admissus extat, ordines p̄pterea parui p̄dens,
ad s̄cularia respiciat, & indignāter retrouertit̄, iam ille
sp̄ritui sancto perhibet testimoniū, q̄ homo talis leuita
tis, & inconstātia retro abiens nō valde aptus est regno
dei. Et sancta gaudebit ecclesia hūc sibi in sacerdotē nō
ordinari, qui omni vanitatis vento a deo facile circūfer
tur. Quali em̄ cordis, & q̄ arida deuotione se ad sacros
ordines ingerebat, qui sic victus impatiētia, quos nō va
luit obtinere sacros ordines parui p̄dit, & eos nitit̄, q̄d in
se est, p̄pe blasphemare. Nos aut̄ ista cogimur de p̄cipua
is, & studiosissimis literarū scribere, vt discat mediocres
ne dicā indocti, & rudes patiēt̄ tolerare, si quādo a sa
cris ordinibus s̄pius p̄ iustos examinatores arceant̄.

Qui non sint admittendi ex parte scientiā.

Quia vero de mediocribus iam sermo incidit, velim
oēs intelligant ordinādī, oīno eos reiiciēdos semper, &
vbicūq; a sacris ordinibus, qui in doctrina bonarū literarū
nō adhuc peruenerūt ad statū, saltem sciētia mediocrē.
Mediocres profecto reputādī nullo existunt modo, qui
grāmaticalium literarū expertes, & inopes, eam non cal
lent grāmatica scientiā, qua saltem latinos codices ma
xime sacros queant prompte, expedite, & secundū inte

gritatē iustam legere, & sensus ac sentētiās literales pro
ut facent, eorundē librorū rite secundū ordinē constru
ctionis exponere, & hoc nō tardiuscule, sed faciliter qui
dem, vnde appareat eos non tenuiter, aut leuiter literas
apprehendisse, sed scientiā & cōstructionis possessionē
habere radicatā, & quasi consummatā. Igitur quicumq;
sacras literas, vel omnino latinā linguam perperam le
gunt, vel qui legendo a iusta saepe titubant serie verbo
rum, vel tam tardo eorundē legunt intervallo, vt nullū
linguā latinā vsū exercuisse videantur, hi interea a sa
cris arceantur ordinibus, quoad usq; per studij diligens
tiam euaserint in doctrina literarū peritiores.

Qui non sint admittendī ex parte naturā.

Similiter qui natura desides sunt, qui obtuso, crasso &
tardo ingenio, & qui deniq; ipsos sacros sensus non va
lent exprimere, vel intelligere, abigendī sunt, vt vel alijs
artificijs naturā suā magis accōmodatis sese applicēt,
vel vberiorē, & diuturniorē exhibeant diligentiam ad stu
diū literarū, quousq; valeant saltē inter mediocres gram
maticos numerari. In qbus mediocribus tam altā requi
rimus grāmaticalis scientiē radicē, tam firmā, tam fixā,
vt spes sit, q; ipsi soli sine alijs doctoribus ex solis libris,
& studio diligentī queāt indies magis, & magis legen
do, atq; studendo proficere. Q; si ad hanc scientiā radi
cem non adhuc perueneris charissime, & o amātissime,
vt iuste legas & expedite, vt faciliter & prompte cōstru
ctionis sensum exprimas, si non talē te sentias, aut apd
te ipsum te iudicaueris, noli (te quāso) per merā presump
tionē teipm offerre examineribus. Noli eum gradū
supra te in ecclesia dei querere, cui neq; nunc, neq; toto
vitā tēpore valebis idoneus ministrare. Nam ante sus
ceptos sacros ordines, qui ad hunc mediocrē statū non

Paterna
præmo
nitio.

B ij

0
euaferūt, raro vel nunquā vidimus post susceptū sacerdotiū, in aliqua eos literatura profecisse, sed semp̄ stulti, sp̄ stolidi ad decrepitā ætatem tales p̄manserūt. Et propterea apud rudē plebem existunt huiusmodi, etiā de manifesta ignorantia notabiles, in magnū scandalum totius sancti sacerdotij.

Pia admonitio ad iuuenes, & de moribus prauorum sacerdotum.

Igitur quisquis es probus, & strenuus iuuenis, sic tecū potius cōuenit meditari. Nolo inter feces clericorū numerari. Nolo ego nobilitatē sancti ordinis per me violari. Ex hac nanquā stoliditate, ex his tenebris ignorantia, illud deplorandū magnū malum per totā dei ecclesiā oritur, quod ubique per villas, & rura rustici, & rurales abundant sacerdotes, partim qui sordido, & seruili se exercēt opere, partim qui tabernis, ingurgitationibus, & ebrietati sese dedunt, hi misericulis carere nō possunt, isti ludicra sequunt̄ ad talos tota die & thesseras, & huiusmodi genus nugarū. Sunt qui vanitatibus venatiōis, & aucupij tēpora consumūt, & sic vitā deducunt totā omnino desidiosam, & irreligiosam ad extremā senectutem, neque aliter fieri potest. Nam cū isti omnes bonas literas prorsus ignorēt, quomodo possunt in lectione, & studio proficere, vel delectari? Quin potius abiectis libris, & contēptis, ad prædictā miserā, & insuauē vitam vndique conuertunt, querētes torpori suo, & ociositati in talibus nugis satisfacere. Quocirca o boni iuuenes omnē istam reiectionē vestram ab ordinibus, de qua conquerimini, grato potius accipite animo, quā diu non sentitis in vobis acere desiderium multo magis ad legendū, & studendū in libris legis dei, quā his sordibus, & sæculi vanitatibus implicari. Tale autē & tam sanctū desiderium vos tenere im-

pi 8

possibile est, nisi ante susceptos sacros ordines tanta doctrina protracti fueritis, tam bene imbuti literis, ut delectabilis, & facilis vobis videatur multorum transcurfus, & lectio librorum, nec sensum vlla pene constructio vobis appareat valde difficilis, ut sic interlegendum expedite, & facilliter sensum saltim literalem valeatis apprehendere. Sine igitur isto tali mediocri doctrina, vos semper iure & merito repulsi ab examinatore iudicatis. Quae mihi iam dicta omnia praeparata, & ferme consummata esse debent ante susceptionem vestri subdiaconi, ne postquam (cum reuertitur ad facultatem vobis liberam non fuerit) sub graui, & importabili onere multo magis ingemescatis.

Impedimenta sacrorum ordinum ex parte corporis, aut natalium.

Patrum praeterea canones multos prohibent a sacris ordinibus ob quaedam impedimenta, quorum vos ipsi magis consci estis, quam vestri possunt esse examinatores, ut qui spurij, & illicitis nascuntur natalibus, serui quoque nati, nec manifesto scripto adhuc manumissi, qui vel occulta lepra, vel verisimili expectatione lepra laborant, qui morbo caduco, qui latenter deformes, & monstruosi sunt, qui membrorum, aut alicuius membri laesuram perpetuam, aut incuriam patiuntur, ut manuum & digitorum diuinationem, aut stuporem non facile apparentem, seu incipientem oculorum albuginem, aut aliam eorum agritudinem, quae quo euadat, non nondum manifeste conperta est, aut quouis alio latente defectu (nam de manifestis facile iudicium est). Verum in his omnibus, ut libera gaudeas, & laeta conscientia, o probe iudicaueris, hoc securum audi, & accipe consilium. Quod si in his, aut in reliquis huiusmodi (etiam exiguis) vel ipse de te subdubitem taueris, vel alios de te dubitare credis, vel audis submurmurare, semper rem totam grauitati maioris examinatoris

B iij

Vita 10
ordina
resistent

pandito, nihil celans, aut vlla arte mēbra tegens debem
lia, sed eius iudiciū cum omni patientia, & gratia expecta
tato, paratus in his oībus eius parere mādatis. Nam si
arte aliqua, aut tua solertia his occultatis ad sacros sub
repas ordines, per totā vitā, aut te premet pondus & grem
conscientiā, vel si absolutionē merueris (quā in multis q
solū apostolico reseruat) teneberis tamē semp, cum cul
pā occurrit memoria, lachrymis poenitentię tantā desle
re presumptionē. Ne ergo sacerdos fueris semp perples
sus, & anxius, aut saltē saepe poenitēdus, age preuenias
in his oībus per simplicē, & nudam horū confessionem q
faciem dei, exprimēs omne latens vulnus præcipuo ex
aminatori, & securius postea accedes quotidie ad tantū
altaris sacrum ministerium.

De his qui furtim, & per mendaciā ordi
nes assequuntur.

Hoc loco abominabiles deo existunt illi oēs & singu
li, qui subdola arte, fraude, furto, per saltū, vel mēdaciō,
aut cū scribis, & examinadoribus muneris conuentione
(quā redolet labem simoniacā) aut qui carnali his bene
uolentia, absq; examinatione debita obtinēt sua noīa in
ordine admissorū redigi. Et tanto secū crimine cōtamī
nantur oēs, & inuoluūtur fraudis, & facti conscī, coope
rantes, & consentiētes. vti si de cętu instructor quispiā,
siue ipse admissus sit, siue minime, tamē in tanta multitu
dine pro altero sodali examinationi se supponat, &
mētiendo alterius nomē pro se det examinātibus, iste a
suscepto ordine merito reddiē suspensus, & ad oēs dein
ceps ordies inhabilis, quo ad per poenitentia tantū crimi
nis mereat absolui ab eo, qui habet in eiusmodi faculta
tem. Talis quotq; se ingerēs, nullo potitus ordie, nec for
te eos quęrens, sed procaciter contēpens, sciat se interea

manere execrabile, extra numerū fidelium, quousq; me-
reatur debitā cum penitentia absolutionē. Similiter qui
sele vniuersitatis alicuius graduatos mētuntur, vt eua-
dant examinationē, aut qui alijs simile perhibent testi-
moniū pro eis mētiti, execrabiliter delinquūt, quorum
perditorū hominū cor sathanas tēpauit mentiri spiritui
sancto. Qui aetate annorū, cum incerti sunt, asserere au-
dent, inter mēdaces computant. Multo autē magis qui
in his certum sibi fingunt mendaciū, cuius culpā saepe
fiunt parentes participes (ne dicam etiā impulsores) qui
propter ambitionē seclāre, vt filios in clericatū tradāt,
audent aetate satis prouectā filijs multis modis nūcupa-
re, aut saltē somniare, nec deū, nec ecclesiā dei in re tan-
ta iusto timore metuētes. Nam paupertatis inopia gra-
uati, per filiū sacerdotio intrusum, sperant & expectant
vitam lautiolem. Hic nemo putet vllō modo ad sanctae
elemosynae opera pertinere, vt pauperes, aut pauperū
filij citius pra alijs ad ordines promoueant, non em̄ in
carnalē, & corporalē subuentionē, aut vllum cōmodū
temporale ordinis sacri gratia eroganda est. Sed vt hic
vultus potentis nō est honorandus, ita nec pauperis per-
sona accipienda est. adeo q; si qui, vt facilius admittat-
tur, suā vel parentum paupertatē allegauerit, reiciēdus
est cum graui correptione, q; nō corde perfecto sequitur
dominū, nec sanctū habet sacrorū desiderū. Quippe q;
ex his spectare, & sitire videtur potius cōmodum cor-
poris tēporale, q̄ aeternam spiritus querere salutē, cuius
hic proprie pignus datur, & cū omni mentis deuotione
recipi debet & reuerentia. In isto ergo admissionis iudis-
cio soli praepōnunt, quos competēs doctrina, & bonorū
morum probitas magis exornauerit. At humanitatis &
gratiae probitas saepe lucescit in natura potius liberali,

Epitho-
ma ido-
neorum.

quæ se seruat idonea, & condigna cū corporis, tum animæ munditia, nec rudibus atteritur, seruilibusq; operibus, vbi incessus, vultus exterior, vestitus non rusticus sit, nec clericis indecoris.

De vestitu, & alijs clerico indecoris, propter quæ reiciendi sunt.

Verū multo magis magno vituperio digni sunt, imo ab his sacris ordinibus longius arcēdi, qui vanitate vestiū gloriosa gaudent splendere, aut laico amictu incessentes, nihilominus audent se offerre examinandos, qui profusos capillos, & comā nutriunt capitis, qui faciem præ se ferunt luxus, leuitatis, & omnis insolentia. Istis (licet literatissimus) sacer ordo conferendus non est, quoad certa signa, seu testimonia econuerso ediderint fanioris animi, & melioris modestia.

De eis qui contraxerunt.

Restant præter hæc & alia grauissima quædam ipsis canonibus annotata, vt qui præcontracto matrimonio implicati sunt, & reliqua huiusmodi, quæ quia rariora & paucioribus pertinet, nos ea consulto prætermisimus, a peritioribus iuris perquirenda. Illud vnū singulis & omnibus in cōmune dictum esse volumus. Qui vel horridi sceleris sui, vel canonici impedimēti sibi ipsis secretius sunt conscij, ad sacros ordines nullo modo præsumant accedere, nisi vt vere miseri viuere velint sacerdotes (vt diximus) vel agræ & molestæ cōscientia, vel ad minus duræ & rigidæ per totā vitam poenitentia.

Exhortatio ad subdiaconos.

Supereff autē nunc o præclari iuuenes, vos quasi admissos, & in subdiaconatū saltem coaptatos generatim oēs alloquamur, & exhortemur in dño, vt tam sublimibus, & diuinis sacramētis iniciati, & iam ordinati, deins

ceps omne scelus, omne flagitium, omne crimē, & turpe factus, oēs vitiorū feces longe fugiatis & detestemini. Vir tūtem vero oēm, & probitatē sectemini, castitatē, pietatem, patientiā omnē, & omnē charitatem.

De quinque vitijs præcipue fugiendis.

Verū quia id sermonē exigeret longiorē. Nos quinque tantū genera vitiorū paucis expediem⁹ a vobis summo pere detestanda, quæ ex his citius oriri solet frequēs, & turpis infamia in oēm clericatū. Luxus igitur impurus, & in sana carnis libido primū abomināda est, vt castissimo *Luxuria.* vos corpore seruetis nō modo ab omni actu impudico & libidinoso, sed etiā ab omni specie pruriētis libidinis. Ap̄ postolo clamāte, Ab omni specie mala abstinete vos. & iterū, Fugite fornicationē. vbi nobis prohibet non solū cohabitatio, sed & oīs familiaris, aut suspitiosa cōsuetudo cū mulierculis. Nam qui tāgit picē, coinquinabit, & caro nostra fragilis nō minus prona est ad ruinā (si affuerit leuis occasio) quā stupæ aridæ ab igne proximo facile accēdunt. Deinde a feruida ira nos tēperemus oportet, *Ira.* ne p̄seuerantis iracundiæ furore rapiamur, A quo decet nos semp̄ cohereri. Hic nobis oīs percussio violēta prohibet, & cruentorū vsus armorū, cum arma sacerdotum sint preces & lachrymæ, & leges ipsæ prohibendo canūt vituperiū de clerico percussore. Tertio, illa rapax & pernitiosa pestis auaritiæ procul nobis vitanda est, de qua *Auaritia* apud populū oēs pene sacerdotes valde insimulantur & *pernitiosa* notant, quasi vel quod sumus auidi ad amplas p̄motiōes, vel duri, & tenaces in retinēdis & cumulādīs pecunijs, erogationē admodum tenuē, vel nullā exercentes in opera pietatis. Proh pudor quæ callidi notamur in cōtractibus, quæ sumus emptioni dediti studiose, & lucrosiss venditionibus. Hi agros conducūt, & vberiora pascua,

Q

Ignis & suauis in ora posita
facile admittitur

Gula &
ebrietas.

ut brutorum armata, & ouium greges pascant pinguis, non
cogitantes, nec curantes de pascuis, vel propriarum animarum.
Per istos, prophanas, & contaminat honor sancti sacerdo-
tij. Quarto Christo docete caueamus ne corda nostra cra-
pula grauentur, & ebrietate, & propter hoc potatorum ingur-
gitationem, & tabernarum sodalitate fugiamus. Nam nihil
turpius crapulento, & ebrioso clerico.

Contra ocium & desidiam.

Postremo valde vigilandum nobis est, ne tota vita nos-
tra languens & desidiosa appareat, torpore & vanitate
plenissima. Vbi ab assidua venatione, ab aucupio, a ludis
theatralibus, a turpi lucri ludis, ab id genus leuibus nu-
rgis, a consuetudine nimia & sodalitate laicorum, & talibus
multum deterremur, ut palam fiat nos alium cibum habere
manducare, ut faciamus eius precipue voluntatem qui nos
misit, & admisit ut ei potissime placeamus, cui per sacros
ordines nos probauimus, & iure dedicauimus.

De studio literarum contra ocium.

Vertamur ergo ad studium, lectionem, & contempla-
tionem sanctarum scripturarum, contra hunc indignum
torporem, & fastidiosam desidiam, ne concessa nobis tem-
pora infructuose, & inutiliter consumamus. Esto quod ho-
rarum canonicarum pensum debitum, & missarum inter
nos sacrificium quotidie deo etiam debitis horis immole-
mus. Esto etiam quod in choro (ut magis decorum est) psalle-
ndo, & canendo, deuotam, & conuenientem temporis mo-
ram ad mediam usque diem protrahamus.

De solacijs sacerdotum honestis.

Non tamen ex his putemus nos sancto sacerdotio nos-
stro satisfecisse, nisi per id quod residuum est dierum, & nos-
trum languidam, & turpem desidiam quibusdam sanctis
operibus a nobis fugauerimus. Constringimur (fateor)

corporis necessitate, quæ inter clericos seruari debet cibi, potus & somni temperantiâ. Modesta solatia nobis permittuntur, sed ea melius, & iucundius inuicem perficimus sermone sancto, & verbis ædificatorijs. Interdum ad preces, & deuotâ conuertamur meditationem. Præcipuum autem contra inertem torporē præstat remediū lectio assidua, & reuolutio librorū legis dei, & scripturarum, quos ante nos sancti patres, & doctores ediderūt. In quorū opusculis iam per impressionem abundantibus possunt vel mediocriter eruditi, variū & iucundū colligere solatiū. Ad veram sacerdotij artem tale pertinet studium. Et vt manualis artifex præter opellam exteriorem mercium, habet interiorem officinam sui operis, in qua nisi per varios dies diligenter operetur, non facile per artem lucrabitur vitæ necessaria, sic nos præter dei templam & sacellam, in quibus orantes quotidie & psallentes, quasi merces exponimus viatoribus, exercere debemus officinam studij interioris sacra lectione, & eruditione, vt ditescamus in doctrina, ne vitæ æternæ nobis desint necessaria. Ociosi enim ab huiusmodi opere fructuoso non facile vitabimus spirituales inopiam, nec aliunde habere possimus, vnde verborum dei sanctam consolationem populo exponemus. Quare fratres charissimi, tunc putemus iustos nos esse sacerdotes, si nobis solatio, si consolationi & gaudio fuerit tale continuū studium sanctarum scripturarum. Hactenus contra desidiam, nam de radice vitiorum superbia, & eius nequissima comite inuidia tacuimus, quæ per veram humilitatem, quam initio sermonis commendauimus, vtrumque vitium confidimus extirpandum. Mementote autem nos vobis ordinandis hæc scripsisse omnia, respicientes tantum ad debitum honorem, & sanctam contemplationem corporis Christi veri, id est sacrosanctæ eucharistiæ corpus.

C. ij

De Christi
suo corpore
re vno &
mystico.

poris, & sanguinis domini nostri Iesu Christi quotidie
in altari a vobis immolandū, q̄ si de corpore Christi my-
stico, id est toto populo christiano (super quo etiam vo-
bis confertur ab episcopo facultas alta, cum dicitur, Ac-
cipite Spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, re-
mittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt) vos
nunc admoneremus, iā magno, & latiori sermone opus
esset pro tantæ rei dignitate. Sed nos in verbis potius
apostoli Pauli sermonē finientes, id ferme quod ille Ti-
motheo scribēs, in singulo quoq̄ requirit episcopo, nos
ad omnes & singulos iure trāserimus sacerdotes. Opor-
tet igitur sacerdotem irreprehensibilem esse, sobriū, or-
natum, prudentē, pudicum, hospitalem, doctorem, non
vinolentum, non percussorem, sed modestū, non litigio-
sum, non cupidum, sed suæ domui bene prepositum, Si
quis autē suæ domui preesse nescit, quomodo ecclesiæ
dei diligētiam habebit? non neophitum ne in superbis
am elatus, in iudiciū incidat diaboli. Oportet autē &
illum testimoniū habere bonum ab his qui foris sunt,
vt nō in opprobriū (scilicet laicorū) incidat, & in laqueū
diaboli. Quibus salutiferis apostoli verbis, post acces-
sum a vobis sacrum sacerdotium, vt in omnibus rite
conformamini, præstet ipse primus, & præcipuus sacer-
dotum, dominus Iesus Christus, cui cum Patre, & Spī-
ritu sancto sit omnis honor, & gloria in sæcula sæculo-
rum. **A M E N.**

annus
dem

quid est

quibus
liberis
liberis

quibus
liberis

quibus
liberis

112